

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Relinquere ai cum uariis

Pudet dicere ita plerosque abrenunciassse conspicimus ut nichil amplius immutasse de interioribus uiciis ac moribus comprobentur nisi ordinem tantum atque habitum secularem. Nam et acquirere pecunias quas nec ante possederunt quod famulos suos exinde uel fratres alere se debere iustum esse contendunt, quibus profecto non proderit maiores opes ac substancias contempsisse qui affectus earum ad quos ille contempnende sunt, in res paruas atque exiguae transtulerunt. Nam uicum cupiditatis atque auaricie quod erga species preciosas exercere non possunt circa uiiores materias retinentes non abscidisse, sed commutasse se probant pristinam possessionem. Nam nimia deuicti diligencia erga psalterii amorem, sportelle, saccelli, codicis aliarum rerum similium quamuis uilissimarum, eadem tamen qua ante libidine detinent, et ab aliis contrectatione defendant que uniuersis fratribus debent esse communia.

Idem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

pecunias] gestiunt *add.* V² L¹ L²; *qui*] quia V² L¹ L²; *ad*] ob V² L¹ L²; *contempnende* contempte V² L¹ L²; *commutasse*] continuasse P V¹, immutasse V² L¹ L²; *possessionem*] passionem V² L¹ L²; *psalterii amorem*] curam psiathii V² L¹ L²; *codicis*] cotidicis C M, matte *add.* V² L¹ L²; *aliarum*] aliarumque P V¹ V² L¹ L²; *similium*] filium (*cor. intra*) B, filium C M, *om.* P V¹; *rerum similium*] similium rerum V² L¹ L²; *aliis*] aliorum V² L¹ L²; *contrectatione*] contrecta racione B M, concertatione P V¹; *debent*] dicunt (*cor. intra*) B; *idem*] ibidem P V¹, in collatione 4. Danielis capitulis 20. et 21. *add.* V² L¹ L²